



Reuerendi Patris P. Hieremiæ Drexelii e Societate Iesu Opera omnia

Duobus nunc Voluminibus comprehensa, & libellis ante hac non editis
aucta ; Illvstrata, Indicibvs Moralibus, Locorum S. Scripturæ, Capitalium
Mysteriorum fidei, Rerum, & Concionum quouis anni tempore habendarum
; Congestis Et Compositis Methodo prorsus, alijs Auctoribus inusitata ; Sed
Theologis ...

Drexel, Jeremias

Antverpiæ, 1643

19. Mors certissima est incertissima.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77028](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-77028)

Aeternitatis Prodromi Caput I.

37

Epist. 16. post. mod. eam expectabis, Nec aliter Annaus: Incertum est, inquit, A quo te loco mors expectet. Itaque tu illam omni loco expecta.

§. 17. Mors sua cuique domi est.

Nvgamur, mortemque procul, procul esse putamus;
At medius later hac abdita visceribus;
Scilicet ex illa quā primū nascimur hora;
Prorepunt juncto vitæque morsque pede.
Partem aliquam furim, quæ se meretur & ipsa,
De vitæ filo qualibet hora rapit.
Paullatim morimur; momento extinguimur uno,
Vt lampas oleo deficiente perit.
Vt nihil interimat, tamen ipso in tempore mors est;
Et nunc interea dum loquimur, morimur.

Lit. 10. de subtilitate libri p. 338. In Boreali oceano iuxta Moscoviam piscis est, cui nomen Mors. Hæc maris bellua maximè dentata est, id eus dentibus, quod Cardanus refert, gladium capuli conficiuntur. Corpus cuiusque nostrum, o mortales, vivarium est, in quo piscem hunc, Mortem, aliamus. Ideo non procul nobis hæc bellua querenda est: Mors sua cuique domi est.

§. 18. Mors inexorabilis.

Svrda sit & cautes, & cæca tigris ira,
Sit licet & rabidi vis furiosa frei.
Hanc Zephyri mulcent, componitur illa receptis
Pignoris, scopulos unda manasque domant.
Mors habet indomitos precibusque minis, furor, et saxo, & pelago, & tigris & saxa magis.
Parcas, in quarum colos, licia, stamina, forfices, vitæ necisque mortaliū jus omne transfundere super, inexorabiles esse, profana finxit antiquitas. Cum enim
Certo veniant ordine Parca
Nulli iusto cessare licet,
Nulli scriptum proferre diem.

Mors caret auribus, oculis, &c. cur? Sed nec Lanificas ulli exorare sorores fas est: quem statuere diem, ad amissum observant. Atque hoc ingenio Mortem, omnis, ut ita dicam, hominis expertem, & pictorum pingunt pueri, & alii fingunt artifices. Cæret auribus, ne precantes obaudiat; caret oculis, ne lugentium miseratione moveatur; caret fronte ac genis, ne lævitiam ipsa suam erubescat; caret lingua ac labiis, ne solatiolum aliquod vocale ab eâ expectet; caret denique carne, ut humanitatis sensu careat: soli nervi, & artus, & muscoli, sola ossa supersunt, arcus videlicet & sagittæ, spicula & amenta ad miseros mortales ex destinato feriendos. Et sanè, si quando, tunc maxime eâ se feritate ostentavit, adeoque insulavit orbi eâ Bellua, cum Christum filium Dei, vitæque omnis auctorem, frustra gementibus saxis, trepidante terrâ, lugentibus stellis, expallescens sole, moerentibus Angelis, infando ausu sustulit, heu in ipsius Vitæ vitâ durissimè paratragedians. Quisquis es, si homo es, mors tibi inexorabilis est. Ergo, Vive memor lethi, fugit hora, hoc quod loquor, inde est. Ergo, dies omnis velut ultimus ordinandus est, aut velut primus æternitatis.

§. 19. Mors certissima, est incertissima.

De Corp. ad Clericos c. 14. Prov. c. 27. v. 1. Horat. l. 4. ode 7. Quid in rebus humanis certius moris? (exclamat Bernardus) quid horæ mortis incertius invenitur? Senibus quidem in ianuis, adolescentibus in insidiis est. Ergo, ne glorieris in crastinum, ignorans quid superventura pariat dies. Sed nec Venustus vates hoc nescit:
Quis scit, an adjiciant hodiernæ crastina summe
Tempora Dii superi: ---

Cap. 4. v. 13. & 14. Jacobus Apostolus luculentissimè, Ecce nunc, inquit, qui dicitis, Hodie, aut crastino ibimus in illam civitatem, & faciemus ibi quidem annum, & mercabimur, & lucrum faciemus (qui ignoratis quid erit in crastino. Quæ est enim vitæ vestra: Vapor est ad modicum parens, & demum exterminabitur) pro eo ut dicatis: Si Dominus voluerit: & si vix-

Tom. I.

rimus, faciemus hoc aut illud.
Omnes ibimus, omnes, omnes. Siquidem, Omnes 2. Reg. c. 14. morimur, & quasi aqua dilabimur in terram, quæ non revertitur. Neque tu ignorare potes, ita te esse procreatum, nemo mortis meminere a rerum naturâ, & accipiendi spiritus, & ritur qui reddendi, eodem momento temporis legem dici: atque nō vixerit, ut mori nemo solet qui non vixerit: ita nec vivere quidem aliquis potest, qui non sit moriturus, quando nec vivit qui non sit moriturus. sit moriturus incertissimum. Idcirco Christus fidelissimo præmonitu nos excitans: Videte, inquit, vigilate & Marc. 13. orate: nescitis enim quando tempus sit. Et hoc ipsum mox v. 33-35-36. repetens: Vigilare ergo, inquit, (nescitis enim quando dominus domus veniat: sed, an mediâ nocte, an galli cantu, an mane) ne, cum venerit repente, inveniat vos dormientes. Quod autem vobis dico, omnibus dico, VIGILATE.

§. 20. Mors plurimis repentina; panem omnibus insperata.

Quis non stabit in vigiliâ contra impetum mortis, quæ omnibus horis imminet, quæ & nullum sibi destinavit tempus quo debeat occurrere? quæ repit, volitat, insilit, nixu tacito, gradu suspensio, nullis antecedentibus signis, nullâ causâ, nullâ cautione, in morbo, in valetudine, in periculo, in securitate; ita nihil ab ejus unguibus sanctum est, aut tutum.

Sanus erat & hilaris Tarquinius cum pisciculi spinâ suffocatus est. Anus quoque Fabius, cum ei tenuis pilus, quem cam lacte hauserat, vitæ rescidit filum. Multela Aristidem mœnordit, & momento temporis extinxit. Cæsar's Dictatoris pater hilariter surgebat de lectulo, & dum calcatur, egit animam. Alius Cæsar dum pede impingit in limen, properantem spiritum excutit. Legatus Rhodiorum causam in senatu magnâ cum admiratione oraverat, in limine curiæ protinus expiravit. Anacreontem poetam, & (si fides Luciano) Sophoclem etiam uvæ acinus necavit. Luciam Marci Aurelii filiam acus punctiuncula occidit. Cn. Bebius Pamphilus, præturâ functus, cum a puero quævisset horas, sensit illico horam sibi ultimam adesse. Multorum animas præcepit, & insperata lætitia excussit, quod Chiloni Lacedæmonio, & Rhodio Diagoræ contigisse accepimus, qui cum filios in ludis Olympicis victores complecterentur, eodem loci & temporis vestigio sunt exanimati. Denique mors infinitos habet aditus, quibus in aedes nostras irrumpat, & irrepat. Modò enim per fenestras, modò per hypogæa, modò per projecturas, nostras irrumpat, in-
bus proditores repererit, humores dico corporis, mortis aditus, quibus adfuit. Denique mors infinitos habet aditus, quibus in aedes nostras irrumpat, & irrepat. Modò enim per fenestras, modò per hypogæa, modò per projecturas, nostras irrumpat, in-

Mors aditus, quibus in aedes nostras irrumpat, & irrepat. Miphiboseth Saulis regis filius a domesticis latronibus, cum meridiaret in lecto, est interfectus. Fulco rex Hierosolymorum cum lepore in venaretur, equo lapsus est, cuiusque pedibus conculcatus, egit animam. Iosias omnium regum Iudæ (Davidem excipit) pietate, sanctimonîâ, liberalitate facillè princeps, cum Necho Aegyptiorum Regi, exercitum ducens occurrisset, inopinato sagittæ ictu vulneratus, in castris mortuus est. Divus Ludovicus annum agens quinquagesimum septimum, in orâ Africæ, in medio exercitu, quem pestis populabatur, extinctus est. Egillus Rex Gotthorum, princeps optimus, a furiali tauro, quem facinorosi populares, qui legum severitatem ferre non poterant, emisserunt, crudeliter necatus est. Malcolmus primus Rex Scotorum post multa iustitiæ specimina, noctu cum regnum lustraret, suffocatus est. Nōne multi sani dormierunt, & obdormierunt repenti mortui? In prociectu stert animus necesse est.

D

Oza,